

6. Aliud, quod ex tenuissimo tubulo constat & ex globo clauso, ubi levissimus digiti attactus protinus effectum producit & liquorem intus contentum e loco suo dimovet.

7. Adhuc singulare, quod constructum est ex siphone incurvato, ubi unum crus vitro Phiolæ clausæ inhæret alterum Phiolæ apertæ, ubi observamus in priore liquorem per calorem ascendere, in altero autem descendere.

DEMONSTRATIO XXVII.

Aqua & aer inclusus & calore expansus mirabilem exserit potentiam.

*Experimenta.*

1. Globus parvus vitreus cui spiritus vini inclusus est, quando carbonibus injicitur ignitis, maximo cum fragore disrumpitur.

2. Pulveris fulminantis ex nitro, sale tartari & sulphure parati portio cochleari indita & carbonibus imposita, maximum fragorem excitat.

3. Fons jucundissimus aspectu producitur, ex quo si accensæ candelæ ipsi admoveantur, profilit aqua vel lac ex mammis virginis; si extingvantur candelæ, definit etiam fluxus.

4. Ostendatur machinæ Papinianæ mirabilis effectus in celerrima coctione & emollitione corporum durorum, ubi dens apri, cornu cervi, ebur, intra dimidium horæ paucissima carbonum quantitate ita coqui possunt, ut instar casei possint scindi.

5. Eadem machinâ caro bovina intra dimidium horæ in mucilaginem resolyitur, pisa eodem temporis spatio abeunt in pulvem.

6. Mi-